

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0063

0061

0067

0057

0072

0052

0112

0012

0162

16 A. et fol. 55 B. et fol. 211. Fuit enim miserabilior omnium miserorum factus. Igitur qui missi fuerant ad quaerendum nostram sociam et devotam matronam, vagabantur cum clamaribus per viam deserti, et usque ad Jordanis alveum descendederunt ad locum, ubi foeminae balneatae fuerant, et ibi eam in arundineto invenerunt jacentem et dormientem. Quam excitatam suscepserunt equo imponentes, et cum laetis clamoribus ad nos ascenderunt, ac si feram silvestrem cepissent.

De eo, quod in ecclesiam S. Johannis peregrini
venerunt.

Accepta autem cum gaudio est matrona, et congratulabantur ei boni viri, tamquam ovi perditae, ut contingit Lucae XV., et ulterius progressi sumus, et extra arbusta et spineta in decalvatam terram venimus, in qua nec herbae nec arbusta stabant, sed colles arenosi et tumores eam inaequalem reddebant. In processu ergo venimus ad unam ecclesiam satis magnam, quae est ecclesia S. Johannis Baptiste, et ibi prosiluimus de asinis, et ingressi ecclesiam et in terram ad orationem nos prostravimus et Officium signatum in peregrinali processionali persolvimus, et indulgentias plenariae remissionis accepimus, et in umbra paululum respiravimus et consedimus (††). Dixi autem peregrinis vexationem, quam passi circa hunc locum fuimus in mea prima peregrinatione, quam et hic inserere curavi. Cum enim de solitudine ascendissemus, antequam ad ecclesiam veniremus, truserunt nos ductores nostri de asinis cogentes nos ducere asinos ad manus, et obstiterunt, ne quis ad ecclesiam ascenderet, quae supra viam stat, sed cum festinatione et cum silentio pertransire ecclesiam mandabant. Durus autem nobis fuit transitus ille, quia invite ecclesiam dimisimus, et nou libenter indulgentias negleximus, et cum hoc arenosa fuit via, et quolibet passu profundae arenae incidimus quasi usque ad genua, et erat adhuc calidissima [dies,] et solis fervor intensissimus, et valde cruciati et debilitati fuimus per istum durum transitum. Caussa autem erat ista (202A): quidam maledictus Arabs et saevus

0562

1062

Ende

Anfang

